



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivrīs Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Avgvstae Tavrīnorvm, 1578

Rubricę huius voluminis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96846)

VITA G. DVRANDI, EX PERIOCHIS Vitarum Iurifconsultorum Neopalæorum Exscripta :



ENRICI de Segusia, Cardinalis HOSTIENSIS auditor & discipulus fuit GVLIELMVS DVRANDVS, qui eximium opus, quod SPECVLVM inscripsit, anno M. CC. LXXI. edidit, ex eo magnam sanè gloriam apud posteritatem consecutus. Multa tamen veterum scriptorum ipse sibi sumpsit, & in hoc Opus ad verbum descripsit, quæ postea IOAN. ANDREAS in Additionibus suis passim notauit atque prodidit. Præterea frequentissimum hoc illi est, opinionibus aliorum hinc inde vtramque in partem recitatis, subijcere, quæstionemque in suspenso relinquere. quæ quidem res dubium lectoris animum magis etiam implicatum reddit. Nihilominus tamen vtilis scriptor est, deque iuris prudentia bene meritus. Excessit ex vita non multo post, quam Speculum aboluisset, iuuenis adhuc, & annum xxx. non ita multum egressus.

DE EODEM.

EX BIBLIOTHECA Vulgari Decretum.

GVLIELMVS DVRANDI, episcopus Minacensis, siue Mimatensis, Henrici HOSTIENSIS quondam auditor atque discipulus, quem SPECVLATOREM nominant, doctor in Iure peritissimus, & Ecclesiastica obseruationis valde studiosus, scripsit ad Otobonum Cardinalem S. Hadriani, postea summum Pontificem Hadrianum V. egregium opus, in tribus voluminibus partitum, quod prænotauit

Speculum iuris, lib. IIII. Item
Rationale diuinorum, lib. VIII.
Repertorium Iuris, lib. I. & quædam alia.

ITEM

DE EODEM EX COMMENTARIO Verborum Iuris.

SPECVLATOR Iurifconsultus, nomen habuit GVLIELMI DVRANDI: sed cum anno M. CC. LXXI. volumen illud de Iure scripsisset, quod Speculum Iuris inscripsit, SPECVLATOR vocitatus est. Vita functus traditur florente adhuc ætate, cum vix annum trigessimum excessisset.

DE ALEXANDRO DE NEVO Quædam. Ex Eius Consilijs Collecta.



ALEXANDER DE NEVO ciuis fuit Vincentinus, qui in iuris scientia magnam est adco gloriam adeptus, vt Padua, tunc temporis cum eò loci iuris prudentia vigerent studia, doctoratus laurea fuerit insignitus, ibique per aliquot annos iura canonica ordinariè legerit. Floruit sub annum à Christo nato quadringentesimum septuagesimum, supra millesimum, cum & ibidem publice ius civile doceret D. Bartholomæus Cæpolla, Ioannes Baptistæ de Rosellis, & Angelus de Castro, Pauli filius.

Rubricæ huius voluminis.

Accusato.	84	Iurisdictione omnium iudicum.	57
Accusatore.	80	Legato.	13
Actore.	70	Oeconomo.	101
Actore ab uniuersitate, seu à tutore, &c.	101	Officio omnium iudicum.	60
Advocato.	109	Officio ordinarij.	47
Arbitro, & arbitratore.	43	Orphanotropho.	102
Affessore.	42	Personis quæ nec agunt, nec defendunt.	109
Auditor.	42	Procuratore.	85
Coniuncta persona.	97	Recusatione.	66
Curatore.	107	Reo.	78
Defensore.	93	Salarijs.	140
Dispensatione.	25	Syndico.	97
Excusatore.	98	Tabellione.	143